



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Capitvlaria Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

XV. Apud Attiniacum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-22974

V. Hludouicus Abba, Yrminfridus Episcopus, Ingilvinus, Gotfelmus, Missi in Parisiaco, Melciano, Silvanectensi, Vircafino, Belvacense, & Vindoiliso.

VI. Paulus Episcopus, Hilmeradus Episcopus, Herloinus, Hungarius, Missi in Rotmense, Tellau, Vitnau, Pontiu, Ambianense.

VII. Eirardus Episcopus, Teodericus Abba, Herloinus, Hardoinus, Missi in Aprincato, Constantino, Bagifino, Coriliso, Otlingua Saxonia, & Harduini, Oxmis, & in Lisuino.

VIII. Dodo Episcopus, Hrotbertus, & Osbertus, Missi in Cinomannico, Andegavenfi, atque Turonico, Corboniso, & Sagiso.

IX. Burcardus Episcopus, & Hrodulfus, & Heinricus Abba, Missi in Blesiso,

Aurelianensi, Vinduniso, Carentino, Durcafino, Duniso, Ebricino, Stampiso, Castriso, Pincefiso, Madreciso.

X. Wenilo Episcopus, Odo, & Donatus, Missi in pago Senonico, Trecafino, Wasteniso, Miliduniso, Morviso, Proviniso, & in tribus Arcifisis, & in duobus Brionifis.

XI. Teutboldus Episcopus, Ionas Episcopus, Isembardus, & Abbo, Abba, Daddo, Missi in comitatibus Milonis, & in comitatibus Isembardi, Auguftuduno scilicet, Matifconense, Divionense, Cabilono, Hatuariis, & in Tornedriso, & in Belniso, & in Dufuniso comitatu Attelæ, & in comitatu Romoldi.

XII. Hugo, Gozfo, Nivilungus, Missi in Niverniso, Alciodriso, Avaliso.

TITVLVS XV.

Apud Attiniacum.

HÆC MEMORIALIA CAPITVLA QVÆ SEQVNTVR dedit Missis suis Dominus Karolus anno dominica incarnationis DCCCLIV. in mense Iunio, quando apud Attiniacum cum fratre suo Flothario fuit locutus, ut illa unusquisque Missus in suo missatico per regnum illius exsequi procureret.

CAP. I.

DE Missis pro latronibus, scilicet ut addantur, & suppleantur Missi qui illa peragant quæ in capitulis continentur quæ supra in Silvaco illum edidisse præcipimus.

II. De maritima custodia, ut secundum consuetudinem vigilanter disponeretur.

III. De viis per aquas, videlicet ut ubi noviter clausæ erant aperirentur, sicut antiquitus fuerunt aperte.

IV. De pontibus restaurandis, videlicet ut secundum Capitularia avi & patris sui ubi antiquitus fuerunt reficiantur ab his qui honores illos tenent de quibus antè pontes facti vel restaurati fuerunt.

V. De navibus quæ vadunt sub pontibus, videlicet ut inde teloneum non exigatur.

VI. De advenis quos affligunt ministri reipublice, scilicet ut qui ab illis quos Nortmanni vel Brittones adfixerunt, & ideo mendicando in istud regnum vene-

Tom. II.

runt, vel qui propter adflictionem Aquitanicam huc venerunt, censum vel operationes exegerunt, hoc cum sua lege illis emendent. Et qui deinceps hoc facere præsumpserit, simul cum emendatione dominicum bannum componat.

VII. De latronibus qui nunc nihil mali faciunt, & quod jamdiu fecerunt emendatum habent, & nullus modò super eos clamat, videlicet ut propter hoc modò non puniantur.

VIII. De hominibus qui in banno & in pœnitentia missi sunt, & peius semper faciunt, scilicet ut à Missis capiantur & constringantur.

IX. De monetis & falsariis fabris, videlicet ut diligenter inquirentur & emendentur.

X. De rebus Ecclesiarum in alodem datis, videlicet ut à Missis inquirentur, & describantur, & Regi denuntientur.

XI. De monasteriis circumeundis, id est, ut sicut ordinatum fuit, ita Missi exsequi procurerent.

E ij

XII. De hominibus qui iterum à novo raptos faciunt, ut à Missis comprehendantur, & constringantur, & ad Regis præsentiam deducantur.

XIII. De fidelitate Regi promittenda, id est, omnes per regnum illius Franci fidelitatem illi promittant. Et qui dicunt se illam promississe, aut certis testibus hoc adprobent, aut jurent se illam antè jurasse, aut illam ipsam fidelitatem promittant.

Sacramentum autem fidelitatis tale est.

Ego ill. Karolo Hludouici & Iudithæ filio ab ista die in ante fidelis ero secundum meum favirum, sicut Francus homo per rectum esse debet suo Regi. Si me Deus adjuvet & istæ reliquæ.

*Anno incarnationis Domini DCCCLIV.
v. Nonas Iulias in mallo Remis isti juraverunt quòd juratam habuissent fidelitatem.*

ISTI IVRAVERUNT ANTIQVITVS.
Teudacrus. Amalricus. Rotboldus.

Amalbertus. Dodo. Wingboldus. Berulfus. Wala. Herilo. Heirbertus. Aillardus. Gotlandus. Hilpricus. Gerlegius. Amalgifus. Heico. Amalricus major de Buxido.

ISTI IVRAVERUNT FIDELITATEM.

Goderamnus. Dodilo. Sigebertus. Fidentius. Ermenulfus. Teutgrimus. Wicboldus. Ermengaudus. Rotmundus. Gifulfus. Haimiricus. Teutboldus. Drogo. Teodericus. Ebroinus. Rodoinus. Giflinus. Wlfridus. Haimuinus. Wandrebertus. Berecarius. Angelinus. Ado. Meinardus. Ottradus decanus. Guntbertus decanus. Hervvincus decanus. Ozias. Ailus. Teudaldus. Teodoldus decanus. Bertricus. Rothaus. Ingobertus. Amblinus decanus. Gozselmus decanus. Wlfrarius. Flodoinus. Anglebertus. Emmenulfus. Sicbertus decanus. Hecto. Isaac. Giflardus. Alaricus. Gerardus. Madergaudus decanus.

TITVLVS XVI.

Apud Leudicam.

HÆ SVNT ADVNNTIATIONES QVAS HLOTHARIVS
& Karolus apud Leudicam aduntiaverunt anno DCCCLIV.

HLOTHARIVS

II.

SERENISSIMVS IMPERATOR.

CAP. I.

SCIRE volumus vestram omnium fidelitatem quia frequenter præfenti anno dilectissimum fratrem nostrum Hludovicum invitavimus ut commune conloquium cum fidelibus nostris haberemus, atque cum illis de Domini voluntate, quantum ipse inspirare vellet, ac de sanctæ Dei Ecclesiæ utilitate, nostræque ac nostrorum communi profectu, honore, & necessitate tractaremus & ordinaremus. Sed quia prædictus frater noster hæcenus, sicut optaveramus, quibusdam impediens causis, venire distulit, nos illud omittere nolimus quin utiliter nos conjungeamus.

Nunc volumus vos certos reddere de nostra conjunctione, quia Christo propitio secundum Deum ad salutem sanctæ Dei Ecclesiæ nostramque ac vestram communem utilitatem & necessitatem indissolubiliter corde & opere conjungere nos volumus, ut unum simus in Christo, & vos unum sitis nobiscum.

III.

Sapiatis quia legem qualem antecessores nostri, hoc est, pater & avus noster, vestris antecessoribus concesserunt & servaverunt, nos similiter vobis perdonamus & inviolabiliter atque incorruptè & præfentibus & futuris temporibus per omnia volumus observare.